6
22-d
76

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
6
10 B
4

5633

6. 22. d. 76

Digitized by Google

Ex legato J. Fere 13 Feb 1644

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Dn. Diego Serra.

Digitized by Google


GENVINI
METAMORPHOSES
NOMINVM
Superior permiſsu.
IN VRBE
Apud Hæredes Mascardi.
CIϽ IϽC XXXV
Aetheris ut plures, Erebique, Salique, Solique
Numinibus facies: sic quoque Nominibus.



Digitized by Google

HIERONYMI GENVINI METAMORPHOSES NOMINVM,

Siue

METATHESES LITTERARVM,

Siue

ANAGRAMMATA,

In quinque Libros diuiſa, quorum

I agit de Cœlitibus.

II De Regionibus, ſacris Familijs, ſiuè de Religionibus, et Academijs.

III De varijs Sapientibus.

IV De Principibus, ſiue de nonnullis viris, et fœminis illustribus, & Miſcellaneis.

Poſtremus Liber, in quo ſunt Anagrammata Italico ſermone conſcripta de Miſcellaneis itidem agit.

Ad Vsum Cong. Sacerd.

BIBL. DOM. PROF. ROM. IHS

Imprimatur ſi videbitur Reuerendiſs.
P. Mag. Sacr. P. Apoſt.

A. Torniellus Viceſg.

Imprimatur.

F. Nicolaus Riccardius S. P. A. Mag.

Digitized by Google

FRANCISCO MARIAE
BRANCATIO

Eminentiſſimo Principi,
Heroi generoſiſſimo,
Purpurato ampliſſimo;
Genere celeberrimo,
Morum ſuauitate integerrimo,
Muſarum patri, et patrono acerrimo;
Parthenopes procerũ lumini,
Bonarum artium culmini,
Sapientum columini,
Optimo, maximo Mecœnati.

HIERONYMUS GENUINUS F.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

† a FRAN-

Digitized by Google

FRANCISCVS MARIA
SANCTAE
ROMANAE
ECCLESIAE
EMINENTISSIMVS
CARDINALIS
BRANCATIVS.



Ex ſupradicti Nominis duodecies inuerſis literis
duodecim pura, & integra deducuntur
Anagrammata, quæ pro operis
dedicatione de-
ſeruiunt.

Tibi

Digitized by Google

1 TIbi ſane ſacranda,
volumina, mirè enim
clarificas, recreas,
amans es cunctas ſcientias.

2 Clarè lucens in terris,
mirificas Camoenas
beans, ac nimis cautè
inſtaurans Academias.

3 Sat nitens, ſat mirus
ſama micas, radians
Sirenis es iubar, Coccinae
lanae, Cleri cacumen.

4 Nec inanis es, nec es
carens mirabili laude;
ſtemmata ſat coruſca,
nimis rara, vnica facis.

5 Mentis, ac recti animi
candore clarus emanas,
ſane eniteſcis, facilis,
ac vrbanus amaris.
6 Nimis crebreſcas,
diu, ac infinitè maneas,
ac alacer vincas ſumma
trina Neſtoris ſæcla.
7 Sciens, à cunctis reis
liberans res meas:
inuerſa nomina, ac carmina
fac tuta à Maledicis.
8 Sceleratas, caninas, ac
infimas Calumniatorum
nimias turbas acer
ſecernens deijcias.

9 A clariſsimi Arni
felicisſimã, ac canora
tuba, carmine verè
micans cantandus eſſes.

10 Mea Muſa ſcabra, ſine
arte, ac ſenſu cantans,
nec amica Clarij, ſed
inſcia inferior multis.

11 Tu celebri, facundiſſima,
ac ſane clara ſcientis
Maronis auena ſat
micans cani mereris.

12 Cernens res iſtas amicã
facie, incitans curabis,
vt mira ſim canens,
ac dans meliora. Vale.

Digitized by Google

AVCTOR LECTORI.

PARCERE.

Anagramma.

CARPERE.

Anagramma.

CREPARE.

Literae eaedem formant PARCERE, literae eaedem
  CARPERE componunt, atque CREPARE ſimul:
PARCERE qui nulli vis, qui omnes CARPERE malis,
  Grammate es inuerſo, Mome, CREPARE merens.
Aſt mihi ſicut non prodeſt laudator amicus,
  Sic nunquam, infeſtus Zoilus vllus obeſt.
Curo parum, ſeu vis mihi PARCERE, candide lector;
  Liuide, ſeu vis me CARPERE, curo parum.
Sponte tua poteris mihi PARCERE, Amice; Inimice,
  CARPERE ſponte tua, ſponte CREPARE tua.

Idem

Digitized by Google

IDEM AD EVNDEM.

EN Lector, antiquum ſimul, nouumque ſcribendi genus; antiquum quidem origine, vſu verò nouum; nam etſi nonnulli hoc artificium exercuere, atque in dies exercent, vix tamen quiſquam adhuc multa Anagrammata collegit. Nae ego opus hoc viſum alijs fuiſſe fortaſſe deſperatum puto. Etenim reponere, reſcribere, contexere, atque traijcere Nominũ literas ita ſcitè, vt ex illis ſurſum, deorſum; hinc, atque hinc; vltro, citroque recurrentibus, aliqua ſententia, quae perfectum, ac elegantem habeat ſenſum, educatur, non parum difficile videri, neceſſe eſt. Difficilem quidem rem eſſe & ego ipſe fateor; ſed quanto difficiliorem, tanto pulchriorem eſſe, cõtendo, cum ex Socratis ſententia, Quae pulchra ſunt, ſint etiam difficilia. Quã difficultatis ratione ſolent aliqui Anagrammatographi perſaepe in Anagrammate aliquid literarum omittere, vel adijcere; ego verò à meis nullam literam abdicaui, nullam adieci: propterea integra; ſiue, vt vulgo vocant, Pura, ea poſſent appellari. Sed mihi Pura, & Integra neque libuit, neque licuit nuncupare; quod enim purum, & integrum Anagramma non eſt; ſiue, vt probius loquar, in quo aut aliqua repetitur, aut praetermittitur, aut noua adijcitur, aut immutatur litera, haud dici debet Anagramma; cum verum, & genuinum Anagramma ex definitione communiter allata, omnium tranſpoſitio ſit literarum. Verum, H, aliquando, aut praetermiſi, aut adieci auctoris noctium Atticarum lib. 2. c. 3. Priſciani lib. 2. Mauri Terentiani, & aliorũ auctoritate fretus, qui eam literarum albo expunxere; haec enim aſpiratio potius, quam litera eſt dicenda, & ſine huiuſce miniſterio bene poſſunt per ſe nomina ſubſiſtere. Similiter, y, Graecum in, I, Latinum, vel contra, mutaſſe, parum, aut nihil licentiae eſſe duxi; cum non niſi in charactere differant hae literae inter ſe, in prolatione verò eundem habeant ſonum, quanquam non ignoro, y, Graecum in V Latinè verti. Praeterea ſi quis fortè illud reprehendat, quod aliquando Anagramma non tantum ex nomine, aut cognomine deducatur, ſed ex alijs adiunctis: is animaduertat, me ea tantum nomini, cognominique adderẽ, quae magnam cum ijs affinitatem habent, cum alioqui, aut ſaepe

prop-

propter concurſum multarum conſonantium ; aut vocalium, nihil ex nomine, cognomineque potuiſſet elici, aut pulchrius ex adiunctis accerſitum exiſteret Anagramma. Non ſequor hic dignitatis gradus, ceteroſque honoris titulos, ſed ſine diſcrimine, ſimpliciter vt occurrunt, nomina vertimus; itaque nemo ſibi me obtrectare exiſtimet, ſi extremo, aut alio loco eius mentio fiat. Neque eſt, cur alij illuſtres quoque viri mihi ſuccenſeant, quod ipſos praetermiſerim, nam non omnes complecti in animo eſt, in infinitum enim opus excreſceret; ſed eos tantum, qui vel mihi familiaritate ſunt coniuncti, vel alia quapiam ratione ſatis cogniti, quanquam ceteris, ſi vita ſuppetat, fortaſſe ſatisfaciam : accedit; quod nonnullorum, licet illuſtrium virorum nomina propter frequentem conſonantium concurſum Anagrammati locum minime dant. Praeterea Anagrammatibus habes & iuncta carmina, quibus nonnulla Anagrammata præcipue, quæ declaratione egebant aliqua, illuſtrare, non incongruum, imo neceſſarium duxi; quandoque enim ex Nomine aliquo educitur Anagrãma, quod non bene intelligitur, niſi aliqua enodatione explicetur. Exemplum poterit eſſe hoc,

MAPHAEVS BARBERINVS.

Anagramma.

SVPREMA VRBIS HABENA.

In quo Vrbem Romam Equo ſimilem aliquo modo eſſe, & ſic habenae indigum, ſequenti carmine oſtendere, neceſſe eſt.

Eſt bellator Equus par Marti; Martia Roma eſt,
Vrbs igitur validis aſſimilatur equis.
Maphaeus fraenans SVPREMA eſt VRBIS HABENA,
Ne indomito ſonipes Martius ore, ruat.

Quadere ſtylum illuſtri verborum ſplendore illuminatum, ſententiarũ pondere grauem, ſcribendi elegantia politum, ac purum, orationis figuris ornatum fortaſſe in meis numeris minime reperies, cum tantum metro declarare Anagrammata animus fuerit; & exornare. Ceterum mea Anagrammata Nominum Metamorphoſes appellaui, vt caueas, Lector, ſi minus tibi mei operis hoc arrideat, ne irrideas, ne naſutus, & inuidus dicaris; caue igitur,

ne

ne cum Metamorphoſes Nominum in alterius decus ſcriptas, carpſeris, Nominis tui Metamorphoſen meritò in tuum dedecus ſortiaris: nam

Omnis Naſutus, et Inuidus.
Anagramma
Vti Sus, et Aſinus in Mundo.

Qui variata legis caue, ne varieris et ipſe;
Lauda, ſi in ſpecies non cupis ire nouas.
Si carpes, Naſute, in Mundo ſordidus vt Sus
Tu fies, & hebes, Inuide, vti eſt Aſinus.
Sus dignus, Naſute, cloaca eris; Inuide, aſellus,
Dignus eris ſtabulo, dignus eris baculo.

Incerti

Digitized by Google

Incerti Auctoris.

QVicunque dente, vel Gelaſino, vel Genuino Genuinum rodit; atque in Genuino Genuinum frangit: dignus eſt, cui omnes, & Gelaſini, & Genuini dentes frangantur.

NOTABILIORVM
Metamorphoſeon Latinarum Index.

ARiſtoteles in Solem. pagina 49.
Anna de Auſtria in Ariadnam. 78.
Agneſina de Villaroſa in Palladem, & Dianam. 88.
Carolus Brancatius I.C. in Bartolū 5,
Clemens Octauus in Solem. 66.
Cenſores, & Calumniatores in Canes mordentes. 81.
Sanctus Dominicus in Canem: 25.
Sanctus Dominicus Suriani in Orbis medicinam 81.
Detractores in vermes. 87. *in Cacodæmones* 86.
Epicurus in Aprum, & Suem. 50.
Ferdinandus à Medicis dux Etruriæ in Regem. 75.
Federicus Columna in Florem. 76.
Franciſcus Olimpius in Angelum. 87.
Franciſcus de Petris I.C. in Papinianum. 63.
Gregorius decimus tertius in Simonem Petrum. 65.
Iacobus Philippus Camola Poëta in pupillam Phœbi. 59.
Ioannes Baptiſta Card. Pallotta in Palladem. 71.
Ioannes Baptiſta Maſculus Poëta lyricus in Horatium. 53. *Ioan. Baptiſta Schiuellus in Solem.* 87.
Ioannes Carolus Coppula Poëta in Apollinem. 54.
Ioannes Laurentius Rogerius I.C. in Iaſonem. 61.
Ioannes Matthæus Riſpolus Theologus in Thomam. 46.
Intronatorum Academia in Mineruam. 40.
Iulius Baptiſta Baldellus Concionator in Tullium, Palladem, & tubam. 47.
Iulius Burattus Architectus in Vitruuium 4.

Iulius

Digitized by Google

INDEX.

Iulius Cæſar Guaſtauinus Medicus in Galenum 64.
Laudator in Adulatorem. 11. & 79.
Lingua Sancti Auguſtini in Aurum . 44.
Ludouicus de Borbon Rex Galliæ in Alexandrum . 75.
Maphæus Barberinus in Apem . 68.
Sancta Maria in Oſtium Paradiſi . 16.
Margarita è Medicis dux Parmæ in Venerem . 79.
Marcus Hieronymus Vida in Maronem . 53.
Marcellus Marcianus I. C. in Solem . 62.
Marcus Antonius Paſchalinus Muſicus in Amphionē. 4.
Sanctus Nicolaus Tolentinas in S. Ioannē Baptiſtam. 27.
Ciuitas Neapolitana in caput Italiæ . 30.
Ocioſorum Academia Neapolitana in Aoniam aulā . 39.
Recuperatorum Academia in Mineruam . 41.
Vrbanus Octauus in Nautam . 3. & *in Regem Muſarum* . 67.

ITA-

METAMORPHOSEON

Italicarum Index.

AMore in Mare. 111.
Bartolo Giuriſconſulto in Sole. 108
Caluino in Cane. 110.
Clemente Ottauo in Colonna. 94.
Domenico Benigno Poeta in Cigno. 107.
Caualier Giuſeppe d' Arpino Pittore in Apelle. 107.
Leone Decimo in Mecenate. 94.
Lodouico decimo terzo in ſferza d'Heretici. 99.
Caualier Maſſimo Stantioni Pittore in Titiano. 108.
Cardinale San Pietro Damiano in Salomone. 92.

ERRATA	CORRIGE.
pag. 7. verſ. vlt. Iaſonm	Iaſonem
pag. 14. verſ. 12. principum	principium
pag. 20. verſ. 7. omnes , vt curae	omnes vt curae
pag. 22. verſ. 22. territat , et auidos	territat et auidos
pag. 24. verſ. 11. numqnm	nunquam
pag. 25. verſ. 16. luxibuc	luxibus
pag. 27. verſ. 6. ore docens, qui	ore docens qui
pag. 90. verſ. vlt. aues :	aues.

Cetera eruditus Lector facile animaduertet.

Digitized by Google

DE ANAGRAMMATIS RATIONE.

CERTVM eſt, Anagrammatis originem eſſe antiquiſſimam, verum quis primus auctor illius fuerit, adhuc nemini eſt compertum. Veriſimile tamen eſt, ab Hebraeis hoc artificium dimanaſſe, quod Hebraei non modo nomina, verum ipſas nominum literas non in parua habuere ſemper veneratione; ſolebant enim antiquitus Hebraei per literarum tranſpoſitionem, quam, *Siruf*, vocabant, Theologorum more loqui, vt Iulius Camillus ait. Ab illis, ad Graecos poſtmodum fuiſſe tranſmiſſum, ex eo videtur Anagramma, quod fertur Lycophron poëta Græcus, Hebraicas literas præclarè nouiſſe, & inde habuiſſe Anagrammata. E Graecis ad Gallos, fuiſſe tempore Franciſci Primi Regis tranſportatum, certiſſimum eſt, quod præcipuè tunc temporis feliciter exercuit Ioannes Auratus. Dicitur Anagramma Graecè, quod Latinè perſcribere, vel tranſcribere ſignificat; quoniam reponi, traijci, ac transportari nominum debent literæ ità aptè, & concinnè, vt ex illis aliqua ſententiola, & Apophthegma conueniens illi, cuius eſt nomen, eliciatur. Exemplum erit de hoc.

Maphaeus Barberinus.

Suprema Vrbis Habena.

Si enim nominis huius, *Maphaeus Barberinus*, literas confundas, ac immiſceas, component illæ hanc clauſulam, & concluſiunculam, *Suprema Vrbis Habena*

Digitized by Google

bena, quæ quidem clauſula, & concluſio, Anagramma vocatur. Nam quæ ſunt literæ in hac clauſula, *Suprema Vrbis Habena*, eae ſunt in hoc nomine, *Maphaeus Barberinus*; ideſt non pauciores, non plures, non aliae, ſed totidem, ſed eaedem. Etenim Anagrãma, vt communiter definitur, eſt clauſula, quae ex artificioſa tranſpoſitione omnium, neque plurium literarum alicuius nominis conuenienter educitur. clauſula ponitur loco generis, quæ poteſt etiam concluſio, ſententia, ſiuè Apophthegma nuncupari. Dixi ex artificioſa, quia opus eſt non ſolum ingenio, ſed etiam artificio quodam ſingulari in Anagrammatis componendis, & ingenij celeres debent eſſe motus ad excogitandũ, quid ex cuiuſuis nominis literis poſſit educi; qua in re multum ſtudij, & induſtriae eſt ponendum, multum accurationis adhibendum, non nihil temporis conſumendum, vt perficiatur. Dixi, tranſpoſitione, quoniam ſi ſenſus aliquis ex nomine, literis tamen minimè tranſpoſitis, eliceretur, non iam eſſet Anagramma; verbi gr. ſi quis ex hoc nomine *Leonardus*, educere vellet Anagramma, *Leo, Nardus*; vel ex cognomine Eminentiſſimi Card. Veroſpij.

Veroſpius.

Eros pius.

Debent ergo Nominis literæ conuerti, & tranſportari, & ſic tranſportatae in alium recurrere ſenſum. Dixi, omnium, neque plurium, quia omnes omninò debent Nominum literae in Anagramma concurrere, haec enim eſt lex Anagrammatis, vt neque literarum aliquid addatur, neque detrahatur, quidquid alij dixerint, detrahi, addi, mutari literam aliquam poſſe. Nam quo iure poſſumus Anagrammate dicere, Petrũ exempli grat. eſſe peritũ, ſi in hoc Anagrammate,

Petrus

Petrus,

Peritus,

Litera, I, addita eſt? ſimiliter quonam modo poterimus iure Anagrammatis dicere Marium, mirum, ſi in hoc Anagrammate

Marius,

Mirus,

Litera, A, detracta eſt? ſic quo pacto dicetur Petrus, turpis, ſi in hoc,

Petrus,

Turpis,

E in I, mutatur? concluſio ergo eſt, tunc Anagrãma ad perfectionem accedere, cum ab omni prorſus licentia longè abeſt, & illud, in quo aliquid licentiæ eſt, imperfectum, & non ex omni parte abſolutum dicendum; exemplum de hoc ſit, quod ſcripſi.

Maphaeus Barberinus.

Habens Vrbem curas pia.

In quo litera, C, addita eſt; & hoc aliud

Antonius Cardinalis Barberinus.

Nobilis, ac radians natus in Vrbe.

In quo litera, R, detrahitur, & hoc, quod ex ſequenti nomine eduxi,

Omnis Mulier.

Viri ſolamen.

In quo M, in A, mutatur. Inſuper addidi etiam in ſequenti Anagrammate litteram, T.

Papa Vrbanus Octauus.

Approbus, cautus Nauta.

Cui dilucidationis ergo carmen iunxi.

Approbus, & cautus Nauta eſt. Secura ſecare
Freta fretum poteris Sacra Carina Petri.

Detraxi literam, E, ex hoc Anagrammate

Maphaeus Barberinus.

Vrbs, Vrbis Phana mea.

Mutaui, H, in, S, in Anagrammate, quod eduxi ex nomine Sanctiſſimi Ioſeph, qui Pueri IESV cuſtos fuit,

Sanctus Ioſeph.

Sapiens cuſtos.

Addidi ſimiliter Literam F, in Anagrammate Franciſci Mariae Macchiauelli Rotae Romanae Auditoris Clariſſimi.

Franciſcus Maria Macchiauellus.

Hic fama clarus, clarumfaciens Ius.

Addidi quoque in Anagrammate, quod eduxi ex nomine Muſici cuiuſdam Romani, Literam, A,

Marcus Antonius Paſchalinus.

Clarus cantans ſuauis Amphion.

Mutatur B, in V, in Anagrammate, quod traxi ex nomine Iulij Buratti Mathematici, & Architecti eximij.

Iulius Burattus.

Altus Vitruuius.

A, in V, mutaui in Anagram; quod eduxi ex nomine Laelij Gratiani Romani Poëtae nihil non eruditi,

Laelius Gratianus.

Vates nil vulgaris.

I, in, E, mutaui in ſequenti Anagrammate

Orbis terrarum.

Eſt vmbra, error.

Et in hoc alio, quod Hetruſco ſermone ſcripſi, A, in O, mutaui

Paradiſo.

Da ripoſo.

Similiter mutaui G, in N, in illo, quod deduxi ex nomi-

nomine Pauli V. Sum. Pontif.

Camillus Burgheſius.

Hic ſalus, lumen Vrbis.

Et C, in D, in Anagrammate, quod ſcripſi ex nomine Eminentiſſ. Card. Baronij, qui Sorae ortus fuit.

Caeſar Baronius.

Dans iubar Sorae.

Aliquid ergo aliquando nobis remittitur de hoc ſtricto Anagrammatis iure, illa tamen poterit omitti, adijci, vel mutari litera, ſine cuius miniſterio poterit per ſe ſtare nomen. exempli grat. poterit omitti, vel adijci, H, quia, H, non eſt litera, ſed aſpiratio; Poterit ſcribi, Peretus, pro Perettus; Magalotus, pro Magalottus; Caraciolus, pro Caracciolus, quia detractis literis illis T, & C, non deſtruitur nomen, ſic quoque ſcribi poterit Brancacius, Brancaccius, Brãcatius, & Brancattius, quia additis literis illis C, & T; vel mutata C, in T, neque adulteratur, neque mutatur nomen; ſic eduxi Anagramma ex nomine Eminentiſſimi Brancacij

Franciſcus Maria Eminentiſſimus
Cardinalis Brancatius.

Mirus nitet clarificans Muſas,
ac dans micans iubar Sireni.

Et ex nomine fratris dicti Card. qui in foro Neapolitano celeberrimus I. C. fulget

Carolus Brancattius Iure conſultus.

Vnicus coruſcans vti alter Bartolus.

Poterit etiam ſcribi pro, Carafa, Carafius; pro Ginettus, de Ginetto; pro Biſcia, de Biſcia, ex Biſcia, vel à Biſcia; pro Auſtria, Auſtrius, Ab, ex, vel De Auſtria, Auſtrius, & Auſtriacus; pro Barberinus, De Barberinis. Poterit etiam addi litera aliqua mo-

re Poëtarum, verbi gratia, dici poterit Relligio, pro Religio; Repperit, pro Reperit, & ſimilia; pars enim Poësis eſt Anagramma. Poterit immutari litera Y, Graecè in I, Latinè, vel contra, idem enim ſonat Hieronymus ſi ſcribatur, cum y Graecè; ac ſi Hieronimus cum I, Latinè. Dixi in definitione, literarum, quia debent conuerti, & reuolui literae; quod ſi nomina, non autem nominũ literae tranſportarentur, non Anagramma, ſed eadem diceretur oratio; nam verba trãſpoſita ſenſum non immutant, vt ait Philoſophus de interpret. lib. 2. c. 1. Literarum dixi, quia nomina per literas, non autem per notas compendiarias ſcribi debent; qua propter non debet ſcribi D. Petrus, ſed Diuus Petrus; neque S. Franciſcus, ſed Sãctus Franciſcus; neque numeri ſcribendi ſunt per notas; verbi gratia Vrbanus VIII. ſed debet extendi, Octauus. Literarum dixi, quia nominum literae, non autẽ integrae dũtaxat ſyllabae debent tranſportari. exẽpli gratia ſi quis ex Roma, Anagrãma vellet educere Maro, ſicut etiam ex nomine inſani Mahometti, Hetruſco ſermone ſequens Anagramma elicui.

Macometto.

Come matto.

Debent igitur literae, non ſyllabae omnes integrae tranſportari. Dixi alicuius Nominis, ſcil. proprij, ſciẽdum eſt autem, nomen accipi hic in genere, vt ſcilicet, ſub nomine praenomen, cognomen, & agnomen contineri intelligatur; poteſt ergo nomen, cognomen, praenomen, & agnomen ſimul inuerti; exẽpli gratia.

Marcus Porcius Cato Cenſorius.

Iacobus Sannazarius Actius Syncerus.

Sic nos eduximus Anagramma.

Ma-

Mapheus Barberinus, Vrbanus Octauus.
Bonus, purus, mirus cauta verba habens.

Poterit etiam nomini proprio dignitatis iungi nomen; dignitas enim maximè pertinet ad eum, de quo loquimur; exempli grat.

Franciſcus Cardinalis Barberinus.
Thadaeus Barberinus Praefectus Vrbis,
& Princeps Praeneſtinus.

Sic etiam poterit addi nomen illius rei, quam quis profitetur; exempli gratia Doctor, Muſicus, & ſimilia.

Inſuper poterit addi nomen muneris,quo quis fungitur; verbi gratia

Nicolaus Riccardus Sacri Palatij Apoſtolici
Magiſter.

Poterit quoque nomen addi Patriae, Religionis; verbi gratia.

Frater Iulius Baptiſta Baldellus Bergomas, Ordinis Praedicatorum.

Praeterea ſub. nomine, non tantum Hominum nomina intelliguntur,ſed etiam quarumcumque aliarum rerum, exempli gratia Vrbium, Religionum, Arborum, Fluminum, &cet. quorum nomina benè inuerti poſſunt. Dixi denique, conuenienter educitur, quia ſi clauſula illa, quae ex tranſpoſitione literarum educitur, non conuenit illi, cuius eſt nomen, non eſt abſolutum, neque perfectum Anagramma, verbi gr. ſi quis Iuriſconſultum aliquem nomine Angelum iure Anagrammatis vellet appellare Galenum, quia

Angelus.
Galenus.

Contra verò ſi medicum aliquem nomine Iòannem nominet alium Iaſonem, quia

Ioannes.

En Iaſon.

Neque Iure Anagrammatis Cupidinem poſſumus appellare pudicum, cum Cupido libidini, non autem pudicitiae Numen praeſit, vt Poëtae fabulantur, quia Italico ſermone ex hoc nomine, Cupido, ſequens elicitur Anagramma.

Cupido.

Pudico.

Neque rectum dicitur Anagramma illud, quod educi poteſt ex ſequenti nomine.

Pater.

Paret.

Quia Pater non obedit, imo Patri eſt obtemperandum. ſed iam Anagrammatis tradita, & hactenus declarata definitione, aliquid de Anagrammatis vſu tradamus. Nos Anagrammate poſſumus vti tanquam aliquo Apophthegmate, maximè ſi argutam aliquam ſententiolam complectatur, ſit hoc exemplum.

Locus Sancti Paradyſi.

Dat curis pacis aſylon.

Quod ſequenti carmine exornaui.

Aerumnis finis, curis modus haud datur vllus,
Hora eſt in terris ſumma nec vlla malis.
Dat curis tutum pacis Paradyſus aſylon,
Verſum, id, gramma docet, ſed mage vera fides.
Quàm ſtolide mortale genus ſibi quaerere pacem
Luxibus, illecebris, delicijsque putat.

Poſſumus etiam vti Anagrammate ad inueſtigandũ, & eliciendum latentem aliquem ex nomine ſenſum, nam ex ui nominis latentem rerum vim ſaepius deprehendi rectè docuit Plato in Cratylo, quem refert in ſuis Allegat. Scip. Theodorus vnus ex Senatoribus

Con-

Concilij Neapolit. Alleg. 50. num. 55. quo loci affert ingenioſum Anagramma Hiſpano ſermone ſcriptum ad Philippum III. Hiſpan. Monarcham.

Don Felipe Tercero de Auſtria.

Protector eres de la fè diuina.

Sic ego pariter ex nomine Maphei Barbarini, qui ad ſummum Pontificiae dignitatis gradum aſcenſus Vrbanus eſt vocatus [quemque Deus Opt. Max. pro Chriſtianae Reip. ſalute, & incremento diù, ac feliciter ſeruet incolumem] ſequens elicui mirificum ſane, ni fallor, Anagramma.

Mapheus Barbarinus.

Vrbanus habes Prima.

Cui ſequens addere libuit carmen.

Prima Vrbanus habes. Si primus in Vrbe, & in orbe,
Debuerant nomen Prima dediſſe tibi;
Sed quia Mirificis, quae ſeptem ritè recenſent,
Mirandum Octauum iungeris Orbis opus;
Sed quia culminibus ſeptem, Octauum adderis Vrbis
Doctrinae culmen, & pietatis apex;
Sed quòd in Orbe caput nunc verè Vrbs inclyta, tanto
Te Vrbano Octauo Principe, vt octo praeit;
Vrbane Octaue excellens, mirande, ſuperne,
Nomen conueniens Vrbs tibi, & Octo facit.

Poterit inſuper Anagramma in fronte alicuius libri oſtentari, verbi grat. in fronte alicuius libri legalis poſſet ſequens, vel ſimile Anagramma apponi.

Iuris prudentiae facultas.

Pulcra, et vna fers diuitias.

Poterit etiã in ſepulcri marmore Epitaphij loco inſculpi, exempli gratia in ſepulcro Inuictiſſimi Caroli Quinti hoc Anagramma Epitaphij loco poſſet incidi, quod Italico ſcripſi ſermone.

Carlo

Carlo Auſtria Imperador Quinto .
Qua poſa'l raro vincitor di Marte.

Poteſt, & Anagramma deſuper in inſignibus familiarum inſcribi: Praeterea poſſumus vti hoc Anagrãmatis artificio ad inueniendam alicuius rei etymologiam, quarum magnus eſt vſus, atque neceſſitas in omni diſciplina, nam vt Philoſophus 1. elẽchorum ait, Qui virtutes vocabulorum ignorant, de facili decipiuntur. Fabulantur Poëtae, Iunonem eſſe Iouis coniugem, & ſororem; interpretantur Philoſophi, intelligi per Iunonem aërem: idcircò autem Iouis coniugem, & ſororem putari, quod ſumma ſit aëris cũ aethere ſimilitudo. Sic ait Cic. 2. de nat. Deorum *Aer, vt Stoici diſputant, interiectus inter mare, & cœlum Iunonis nomini conſecratur, quæ eſt ſoror, & coniux Iouis, quòd ſimilitudo eſt aetheris, & cum eo ſumma coniunctio*. Anagrammatis verò virtute, & artificio Iunonis Etymologia clarius agnoſcitur; nam ex Iunonis nomine hoc elicitur Graecum Anagramma.

ἥρα:
Anagramma.
ἀήρ.

Apparet ergo, Iunonem dici ab aëre, & per Iunonem intelligi aërem, propterea quod ἀήρ, quod Latinè eſt Aër Anagrammate vertitur ἥρα, quod eſt Iuno. Sic quoque per Anagramma Argenti etymologiam poſſumus intelligere: dicitur Argentum, quia omnibus gratum eſt, & appetitur, quia ex hoc nomine, Argentum, ſequens elicitur Anagramma.

Argentum.
En gratum.

In-

Intellexi etiam hoc artificio, quare Familia mea, quae Lilium depingit in ſtemmate, Genuina dicatur, nulla ali a profecto ratione id contigiſſe videtur, niſi quia ex hoc nomine,

Giunone,

Anagramma

Genuino,

Italico ſermone deducitur. Lilium enim flos Iunonis dicitur, vt qui ex eius lacte ſit primogenitus: cum ſubiecto clam Herculi vbera admouiſſet, guttas, aiũt Poẽtae, lactis aliquot decidiſſe, ex quibus mox Lilia pullularint. Inſuper ope, & opere vtemur Anagrammatum, vt germanam, & genuinam laudem ex iiſdem Nominis literis depromptam, non aliunde quaeſitam, idoneè, & appoſitè cuique demus, & vt cum aliquem laudamus, noſmetipſos ab adulationis ſuſpicione ſeruemus; nam cum omnis Laudator ſit Adulator, ſic enim dictat, & docet Anagramma.

Laudator.

Adulator.

Quando laudem ex laudati nomine deſumimus, adulari alicui nullo modo videmur. Poterit etiam Anagramma lepidis verſibus illuſtrari, illud praeſertim, quod explicationem aliquam videbitur deſiderare. Exemplum poteſt eſſe de hoc, quod ex nomine Sanctiſſimi D. N. Vrbani Octaui elicui.

Vrbanus Octauus.

Bonus curat vuas.

Hoc quidem niſi explicetur, intelligi nequaquam poteſt; dicendum ergo eſt, vniuerſum Chriſtianorum coetum vineam eſſe, & ſic quemlibet Chriſti fidelem Botrum eſſe Vuae, Vineae autem Chriſtus Vinitor eſt, vineam colens, & vuas; Summus Pontifex, qui vi-

ce vinitoris eſt, & Chriſti Vicarius, ipſe etiam colit, & curat vuas.

Vinea Chriſtiadum cœtus, Chriſtique fidelis
Quiſque, vua eſt; Chriſtus uinitor omne colens.
Vrbanus curat bonus vuas, dum vice Chriſti
Fungitur, vt madeat Vinea culta mero.

Qui Anagrammatis vſus poſſet, immo deberet eſſe non modo Poëtis, verum etiam, & cunctis ſcriptoribus perneceſſarius; nam hoc artificio omnis prorſus furti aufertur ſuſpicio, & euacuatur; ecquis enim Scriptorum eſt, qui furti nomine ſuſpectus ſaltem non fuerit habitus? cum Prouerbij loco illud communiter afferatur, *Nihil dictum, quod prius non dictum*, & illud etiam aliud, *Facilè eſt inuentis addere*; ſcribens autem Anagrammata videtur ab hac ſuſpicione ſeruatus, neque huic notae ſubiacere. Deberent etiam omnes hoc Anagrammatis artificium derelictum, ac penè hactenus neglectum, amplecti, animum oblectandi cauſa, ocijque fugandi, ne tempus, cum per occupationes licet moroſè traducamus; vt moleſtiſsimas à nobis curas aliquando auertamus; vt longas, ac importunas dierum horas nobis inſcijs dulciter tranſigamus; quod enim temporis alij pilae, & aleae [ne quid grauius dicam] tribuunt, id in Anagrammatum opere Muſis tribuere, nemo erit, vt opinor, qui improbabit; ſed improbabit fortaſſe, qui propter ingenij ſui tarditatem aſſequi ſe poſſe deſperat. nonnulla alia hac de re dicenda ſupereſſent; tamen quia, vt benè dixit Duarenus, *Non benè docet, qui omnia docet,* & nihil ſubtilibus ingenijs excogitandum relinquit, ideo de Anagrammatibus haec nunc tradidiſſe ſufficiat.

AVCTORIS PROOEMIVM
IN SVVM OPVS
Metamorphoſeon.

IN noua fert animus mutatas dicere formas
Senſa, artis mirum quas variauit opus.
In varias tranſlata hominum, Diuûmque figuras
Corpora, Pelignus carmine cantat olor:
Horrida mentiti haud pauci mille ora ferarum
Sunt ſine laude hominum, nec ſine labe Deûm.
Hic Nomen ſine laude ſuum, & cum labe reuoluunt
Non niſi, queis vitium Nomina praua dedit;
In varios reſoluta abeunt haec Nomina ſenſus
Non ſine honore Dei, non ſine laude virum.

HIE-

HIERONYMI GENVINI

METAMORPHOSES

NOMINVM, SIVE ANAGRAMMATON

LIBER PRIMVS.

Pater aeternus, Verbum, et Spiritus Sanctus.
Anagramma I.
Semper beatus, ac vt vnus, eſt pariter trinus.

Formidoloſo muta ſilentio
Ne ſemper eſto, Muſa, tuam Chelyn
Iam tange tandem, illumque ſume,
Calliope, celebrare primò,
Qui primus eſt; qui eſt principium omnium,
Et finis, omni principio carens,
Et fine, qui non prorſus vllo
Semine egens ſator omne ſeuit:
Qui tempore omni, ante omnia tempora
Semper beatus *perſtitit, atque erit*
Semper perennans, ac vt vnus
Eſt pariter *Deus, atque* trinus.

Sacra Euchariſtia.
II.
Cara IESV charitas.

Conditur ſub orbe paruae
Frugis Orbis conditor.
Se Deus dapem ſupernus
Promit vber, prouidus.
Paſtor, & ſua ſaginat
Carne prodigus gregem.
Paruus, indigus teramplum
Diuitem libat Deum.
Eſt amabile, eſt verendum
Eſt ſatis mirabile,
Largitate, quod peregit
Cara IESV Charitas.

Sanctiſſimum Euchariſtiae Sacramentum.
Anagram. III. Itemque Hexametrum.
Summè Menſa micat ſat Chriſti carne ſuaui.

Summè Menſa micat ſat Chriſti carne ſuaui.
Qua prorſus pellit corque, animuſque famem.
Fit Deus hac cibus, an maiorem quis petat eſcam?
Maiorem nec habet, nec dabit ipſe Deus.

Virgo MARIA.
IV.
Mira Virago.

Maria virgo integra mater, & ferax,
Parens parentis, filijque filia
Virago mira *Sine viro genitrix viri,*

Con-

Conceptio Sanctae Virginis Mariae.
V.
Vna, et mira; ac ſine peccato originis.

VNa, et mira *nitens*, ac ſine originis
Peccato. *decuit, valde operae fuit,*
Peſte haud tabifica corripi originem
Illius, nitidam cuius originem
Ducturus fuerat virgineo ſinu,
Rerum qui omnium origo, & ſoboles Dei.

Sanctiſſima MARIA Dei parens, ac virgo.
Anag. VI. Itemque Iambicum trimetrum.
Sacra, emicans regina, Paradiſi oſtium.

SAcra, emicans regina, Paradiſi oſtium.
Dirum, impium, procax, ſceleſtum hominum genus,
Ad Regiam coeli hac iter, ſola recipit
Haec vos, polique ad regna ducit. omnium
Euaditis mala Hoſtium, hoc ſi oſtium aditis.

Diuus Angelus noſter Cuſtos.
VII.
Tu ducis nos gnauus, et ſolers.

TV gnauus nos, et ſolers, ò *Angele*, ducis;
Et multi oberrant. quid foret,
Si haud regeres vigilans?

AD

AD S. IOANNEM BAPTISTAM,
cum puer ad antra accederet.

Diuus Ioannes Baptiſta Praecurſor.
Anagr. VIII. Itemque Iamb. trimetrum.
Cur, bone ſatis puer, adis antra puſio?

CVr, bone ſatis puer, adis antra puſio
Liquens ſinus parentis, et patrios Lares?
Caue, caue, minans in herba anguis latet;
Caue vrſus, et tigris fremit, et auidus lupus;
Te perdere et pugnat aper, et pugnat leo.
Natale tectum linquo, tendoque ad ſpecum,
Ne vel leui nota notem mea pectora
Pudica, nil mihi timendum eſt, vt meam
Integritatem tuear; audendum eſt nimis,
Si pro pudore alterius, acriora me
Manent, amores ſi ipſe non bene nubiles
Culpans, nefaſtos ſi arguens toros, cadam.

DE D. PETRO APOSTOLORVM.
Principe.

Simon Petrus.
IX.
En ſto primus.

IN ſolo ſolus ſolio ſupremo
Praeſtiti cunctis religans, reſoluens,
Clauiger cœli reſerans, ſeranſque,
Clauiger orbis.
Primus en ſto *veſtibulo in perampla*
Splendidi cœli vigilans, iniquis
Ianitor claudens, retegens et Aequis
Clauſtra beata.

AD EVNDEM VRBIS
Patronum.

Beatus Simon Petrus.
X.
O ſpes, tutamen Vrbis.

CHriſti ſodales inter amabiles
Caput praeis; ſic mirificè tu ades,
O *Petre*, ſpes, tutamen Vrbis,
Quae caput eminet inter Vrbes.

DE

DE S. IACOBO HISPANORVM Patrono.

Sanctus Iacobus maior, Apoſtolus.
XI.
Ab hoc iuſto, caſto Hiſpanorum ſalus.

Exoritur Hiſpanorum ab hoc viro iuſto,
Ab hoc *viro* caſto ſalus.
Sic literae. at quid literae probant verſae,
Si Hiſpania in dies probat?

DE S.MATTHIA IN IVDAE locum ſubrogato.

Diuus Matthias Apoſtolus,
XII.
Iudas ſatis mutatus polo.

Hic eſt ſatis mutatus à polo Iudas.
Perfectus, & refectus eſſet vt Iudæ
Locus, bene hic ſuffectus in locum Iudae.

IN S. MARCVM VENETORVM Patronum.

Diuus Marcus Euangeliſta.
XIII.
Sum vigil ad Venetas curas.

SVm Venetas vigil ad curas. fortis ſeo curo,
Omnes, vt curae ſint procul à Venetis.

DE S. ASPRENE PRIMO NEAPOlitanorum Antiſtite.

Aſpren.
XIV.
Parens.

ASpren Parens *Neapoli à Petro datur*
Primo parente primus; ergo hic vnicus,
Hic eſt Neapolis pereximiè Parens.

IN S. IANVARIVM PRIMVM, AC praecipuum Neapolitanorum patronum.

Sanctus Ianuarius Epiſcopus, et Martyr.
XV.
Primus cuſtos, pater, ac vita Sirenis vna.

T*V Ianuari, ianitor vigil*, primus
Cuſtos, pater *es*, ac vna vita Sirenis;
Tu Ianuari, ianitor bonus, tu omnis
Ianua boni; tu tu oſtium hoſtibus claudis,
Tu portitor ſalutis omnis, & porta.

Beatus Ianuarius Martyr Beneuenti Epiſcopus.
XVI.
Vnus beaſti, tueris, ac mirè iuuabis Parthenopen.

VNus *ope* Parthenopen *tuam* beaſti *olim*,
Mirè tueris *nunc*, iuuabis, *ac deinceps*;
Vae, vae, niſi ſibi, Ianuari, opem ſemper
Ferres, dediſſes, praebueris et aeternum.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

AD EVNDEM, CVM VESVVIVS ARDERET, et terraemotus Neapolis excidium minitaretur.

Diuus Ianuarius Beneuenti Epiſcopus, et Martyr.
XVII.
Tu Veſeui incendia, tu rapias turbines, ò perimus.

SAeui Veſeui *ingentia* ò incendia
Tu *Ianuari, comprime*.
Tu Turbines rapias, *perimus* ò *Pater*,
Niſi dederis nobis opem.
Rapias pater, precando nam rapere potes;
Rapias, prece rapere nam ſoles.

AD S. AGNELLVM NEAPOLITANOrum Patronum Barbaros ſaepius ab illis expellentem.

Diuus Pater Agnellus confeſſor, ac Abbas.
XVIII.
Sanctus Neapoli fuga Barbaros ſecludes.

LOngè ſecludes *Agnellus* ſanctus, *inermus*
Fuga *furentes* Barbaros Neapoli.
Quid monſtri hoc? nulla prorſus formidine cuſtos
Gregis fit Agnus, territat, & auidos lupos.
Scilicet Agnellus dum homines terretque, fugatque,
Pellit lupos procul; nam homo eſt homini lupus.

AD

AD S. HIERONYMVM IVDICEM timentem.

Beatus pater Hieronymus Eccleſiae Doctor.
XIX.
O ſat recte, et ò ſine culpa Iudicem horrebas?

IVdicem ò horrebas *tu* ò ſat recte, et ſine culpa,
Iudicem ego haud timeo ſat malus, atque procax.
Ne tua, Sancte ſenex, ne mollia pectora pulſa,
Frangat dura ſilex pectora dura mea.

DE SANCTO GENVINO SABIOnenſium Epiſcopo, qui cùm temporibus Longobardorum in exilium pulſus eſſet, ibi mortuus eſt; ex Card. Baronio In Martyrologio Nonis Februar.

Diuus Genuinus Epiſcopus Sabionenſis, et Martyr.
XX.
Vnicè inſons ob Deum paſſus peruagus interijſti.

Sanctus Genuinus Epiſcopus, et Martyr.
Anagram. XXI. Itemque Scazon.
Rectus, micans, ingenuus, et pius Paſtor.

AD S. BLASIVM PARISTHMIIS laborantium patronum.

Diuus Blaſius Epiſcopus, et Martyr.
XXII.
Plauſu mirus cibi, potus ſedas iter.

ANginam expellis, tonſillas, atque ſynancben
Gutture tu plauſu mirus, & *omne malum.*
Aſperum iter *tu lenè* cibi, potusque *medendo*
Sedas, *mortales vt ſua membra regant:*
Anguſtamque viam vocis tu Diue, relaxas,
Laudibus vt numquam ſit via clauſa Dei.
Vtilis es, Blaſi membris, mentique ſaluber;
Corpora ſic reficis, ſic refoues animos.

AD S. CAROLVM MEDIOLANENſem Ciuem, Antiſtitem, atque patronum.

Diuus Carolus Boromaeus Cardinalis.
XXIII
Rarus, ac ſolus ducis iubar Mediolano.

TV Mediolano, *praefulgens, Carole,* ducis
Tu rarus iubar, ac ſolus: *tu intactus alumnus,*
Quondam, dein pater eximius, vigilanſque patronus,
Nobilitas Mediolani, laus, gloria, nomen.
Vnica lux patriae in patria nati inclyta virtus.

IN

IN S. NICOLAVM BARII
patronum.

Beatus pater Nicolaus Antiſtes.
Anagram. XXIV. Itemq; Iamb. trimetrum.
Sane patens tutela, cuſtos Barij.

SAne patens tutela, cuſtos Barij
Sic es, Sacerdos, laude, factis maximè,
Vt eſt patens, potenſque nectar, roſcida
Quo membra virtus imbuit largè tua,
Perennis vnde prorſus omnis auxili,
Fons, atque opis telluri Iapygis fluit.

Diuus Alexius.
XXV.
Exul diu à ſuis.

E*Xijt è patria, ſeque exuit ore parentum,*
Coniugis & licitis luxibus exiluit.
A *caris* diu *abeſſe* ſuis *voluit bonus* exul,
Hoc poſt exilium lætus vt exiliat.

Sanctus Dominicus.
XXVI.
Canis mundi cuſtos.

S*I Dominicus eſt* Mundi cuſtos;
Si Dominicus eſt canis; *ergo Lupos*
Nolite timere puſillus grex.

Diuus

Diuus pater Franciſcus ex Aſſiſio.
XXVII.
Sanè iuſtus aſſides par Crucifixo.

Q*Vinis vulneribus palles, Franciſce, cruentus,*
Ceu palluit Deus trabe.
Et manibus, femore, & pedibus tu par Crucifixo
Sane *ergo* iuſtus aſſides.

DE S. PETRO COELESTINO PONTIficiam dignitatem reſpuente.

Diuus Petrus Coeleſtinus.
XXVIII.
En vti ſolus reſpuit decus.

EN *Petrus Petri* vti ſolus decus *Vrbis, & Orbis*
Reſpuit, *vt maius poſſet habere decus.*
Scilicet exiguos aliquis contemnit honores,
Munera ne perdat magna, minora fugit;
Namque Dei ſeruum longe eſt praeſtantius eſſe,
Seruum ſeruorum quàm iuuat eſſe Dei.

San-

Sanctus Thomas de Aquino Ordinis Praedicatorum.
XXIX.
O dius ſane doctor, qui mira docens, manu patraſti.

O Sane *praeſtans*, & dius doctor *Aquinas*,
Maximus ò ſapiens;
Ore docens,qui mira, manu*quoque mira* patraſti;
Ore, *manuque potens*.
Nomine ter magnus, *diuinus ritè vocandus*,
Qui docet, atque facit.

Beatus pater Nicolaus Tolentinas.
XXX.
O lucens vt alter Ioannes Baptiſta.

D*Vrae Ioannes cultor Eremi*:
Tu es Eremicolarum Ordinis almi.
Agreſte, cibus mel, locuſtae;
Puri latices illi potus:
Tu inopi victu membra fatigans.
Vt Ioannes Baptiſta alter
Sic es lucens,ò *Nicolae*.

Digitized by Google

AD S. IVSTINVM TEATINVM Ciuem, Patriae antiſtitem, atque patronum.

Beatus Iuſtinus Confeſſor, ac antiſtes.

XXXI.

Es vnicus cuſtos, ſat fers bona Teatinis.

AD BEATVM IACOBVM, CVIVS INcorrup tum corpus Neapoli aſſeruatur.

Beatus pater Iacobus è Marchia Ordinis Minorum obſeruantium.

XXXII.

O non corrupta, durantia tibi habes membra, micas ore ſemiuiuus.

Sancta Lucia Virgo.

XXXIII.

Vnica grata oculis.

VNica grata oculis, *forma nam pulchra, virorum,*
Dum foret in terris vnica grata oculis.
Vnica grata oculis, *namque intacta, Altitonantis,*
Deſuper in cœlis vnica grata oculis.
Vnica grata oculis *profugae dans munera lucis*
Lucia, in orbe orbis vnica grata oculis
Vnica grata oculis, *& lucida Lucia ſemper,*
Seu fuit illa ſolo, ſeu manet illa polo.

IN

IN S. MONICAM D. AVGVSTINI Matrem.

Sancta mater Monica vidua.
XXXIV.
Diuina, recta, ac ſumma Nato.

Iuinioris dux ſapientiae
Exortus eſt terrae è gremio tuo;
Diuina recta, ac ſumma Nato
Sic merito, Monica, es vocanda.
Diuinam olympo tu aſſiduè gemens,
Summamque mater prolem iterum paris;
Diuinus, & ſummus vocandus
Te ſatus eſt meritò parente.

Sancta Tereſia.
XXXV.
Iſta ſane recta.

HIE-

HIERONYMI GENVINI
METAMORPHOSES
NOMINVM, SIVE ANAGRAMMATON
LIBER SECVNDVS.

Ciuitas Hieruſalem.
Anagramma I.
Humilis reatu iaces.

O*LIM excelſa*, iaces humilis *nunc rite* reatu;
Tu mors namque illi, qui tibi vita fuit.
Funere crudeli potuit quæ occidere Chriſtum
Immeritò, meritò debuit occidere.

Ciuitas Romana.
II.
O vnica ſat mira.

R*OMA caput mundi, cœlique vicaria, in orbe,*
Semper magna es, eras, vnica *ſemper eris.*
Terras, o ſat mira, *omni ditione tenebas,*
Nunc claues terrae mira, polique tenes.

Ciuitas Neapolitana.
III.
O ſane caput in Italia.

Reſpu-

Digitized by Google

Reſpublica Venetiarum.
IV.
Tu iubare prima elucens.

TV iubare elucens *ſtas* prima, *& prima manebis*
Diues opum, ſapiens, clara, decora, potens.

Inſula Melitenſis.
V.
Sinu alens Milites.

B*Ellorum, & bellatorum altrix, neſcia uinci*
Armis, potentes Milites alens ſinu.
Semideûm Melita alma parens, procerumque, equitumq;
Mauortis intrepidi unica eſt haec Regia.
Eſt pugnax Melite pro Religione tuenda,
Quae Martijs in moenibus caput tenet.
Strenua Marte praeit, Marti cariſſima. Quidni?
Pro Martiae terrae fide uſque militat.

Ciuitas Mediolanenſis.
VI.
Tu ſane nimis delicioſa.

Ciuitas

DE FLORENTIA EX THOMA EDVARDO
Anglo, qui in deſcriptione Italicarum
Vrbium ſic ait,
Splendida ſolertes nutrit Florentia Ciues.

Ciuitas Florentia.
VII.
Fit vnica ſolertiâ.

Ciuitas Salmanticenſis.
VIII.
Tu micans ſcientias alis.

MIcans tu alis ſcientias,
Salmantica vrbs. cedat tibi,
Memphis, Mycenae, atque Babylon
Pyramidibus, miraculis;
Tu es literis praeſtantior.

Ciuitas Mantuae.
IX.
Nimis aucta Vate.

M*Antua* Vate nimis *praeclaris verſibus* aucta,
Magna micas magni patria Virgilÿ,
Mantua ſemper eris, dum ſtabunt carmina: Mantua
Me genuit; cecini paſcua, rura, duces.

DE SPOLETO HOSPITIIS INSIGNI
ex Thoma Eduardo, qui de hac Ciuitate
haec canit.
Spoletum clamat: peregrini intrate, manete.

Ciuitas Spoletina.
X.
Vnica hoſpites alit.

Faſtigium Veſeuianum.
Anagram. XI. Itemque Glyconium.
Fumaui heu ſatis igneum.

FVmaui heu ſatis igneum;
Famam fumus at hic mihi
Splendentem igne magis tulit.

Ciuitas Maſſae Lubrenſis.
XII.
Sane ſitu ſalubris emicas.

SAne ſitu ſalubris emicas, *locus*
Lubentiae es. Lubenter in tuo ſinu
Quod viuitur, Lubrenſis ideo diceris.

Fideliſſima Ciuitas Canenſis.
Anagram. XIII. Itemque Hendecaſyllabum.
Facta es delicijs nimis ſuauis.

DE FRATTA MAIORI, PAGO PROpe Neapolim Fragorum feraciſſimo.

Pagus Frattae maioris.
XIV.
Seris tua Fraga optima.

Venerabilis Familia de monte Carmelitano.
XV.
Nomine nobilis claret famula Dei, et Mariae.

V*Sque, ac vbique haec Relligio inclyta*
Tellure claret nomine nobilis.
Amore flagrans, more fragans,
Cara Deo, atque viris amata.
Quidni? Heliae ardoris ſatis ignei
Parentis haeres, & geminatum habet
Haec ſpiritum magni Heliſei,
Eſt famula *iſta* Dei, et Mariae.

Familia Eremitarum Sancti Auguſtini.
XVI.
Vnica, ſumma nitet, vera Magiſtri filia.

Sacer ordo Patrum Praedicatorum.
XVII.
Perrara, ac perita Doctorum domus.

Sacer ordo Minorum obſeruantium.
XVIII.
Auro, nummis, dono, mirus orbe caret.

Q*Vis nam vnquã optarit pauperrimus eſſe bonorum,*
Quis nam reſpuerit munera, diuitias?
Franciſci natus non degener Ordo Minorum
Nummis, dono, auro mirus *in* orbe caret.

Venerabilis familia Cartuſianorum.
XIX.
Mira luces Brunonis filia, iure amata.

F Ilia Brunonis iurè amata; *nec miror*,
Similis Parenti es, mira *more nam* luces.

Venerabilis ordo Patrum Camaldulenſium.
XX.
Labe mundus, incola Eremi, Romualdi partus.

I *Mpura prorſus* mundus labe, incola eremi;
Eſt vigil, atque pius.
Tantum hic ordo ſacer magni partus Romualdi *eſt*,
Dicere ſed ſat erat.

Sancta Religio Patrum Teatinorum.
XXI.
Iſta nota viget, prima Clerum ornat.

C *Vltu* nota *Dei* iſta viget *virtute decora*,
Relligionis apex, Pontificumque parens.
Prima ornat Clerum; *doctrina haec inclyta praeſtat*,
Nobilitate praeeſt, & pietate praeit.

Sancta

Sancta Societas IESV.
Anagram. XXII. Itemque Iambicum dimetr.
Sat ſcita es, ò es vnica.

SAt ſcita es, ò es vnica.
Scis omnia, doces omnia,
Omnes & artes innouas,
Scientias cunctas alis.
Prorſus nihil mirabile eſt.
IESV es Societas, qui Patris
Summi Dei eſt ſapientia.

Sancta Religio Diui Franciſci de Paula.
Anagram. XXIII. Itemque Scazon.
Culta, pia es, ac fulgidior inedia carnis.

CVlta, pia es, ac fulgidior inedia carnis.
In viſcere abdi viſcera, facinus credis;
Nefas & eſſe corporis cibum, corpus;
Animantia & viuere animantium letho.

Venerabilis ordo Patrum Capuccinorum.
Anagram. XXIV, Itemque Iambic. trimetr.
Nitor Minorum, ac pauper orbe, ac lucidus.

NItor Minorum, ac pauper orbe, ac lucidus.
Nitor Minorum, norma morum; lucidus,
Quòd lucidum contemnit aurum, hic vnicus
Eſt pauper orbe, at nil habens, omnia tenet.

Venerabilis Religio Carmelitana diſcalceata.

XXV.

Vigilans, norma Cleri, ab Elia, ac Tereſia dilecta.

Dilecta ab Elia, ac Tereſia *eſt nimis*;
Nunquam ſuit degenerat à parentibus,
Eſt recta Cleri norma, *& eſt vſque* vigilans.

Ocioſorum Academia Neapolitana.
XXVI.
O Aula Aonia optima decore micans.

Ocioſorum Academia Neapolitana.
Anagr. XXVII. Itemque Iamb. trimetrum.
Operoſa; nimia, ac alta munia doceo.

OPeroſa; nimia, ac alta munia doceo.
Et ocioſa dicor, & fugio ocia.
Quòd ocia fugio, ocioſa nominor,
Bellum, nihil bellum quod eſt, Bellum vocant.

DE ACADEMIA HVMORISTARVM
Romana.

Humoriſtarum Academia.
XXVIII.
Hac dia Roma ſumma viret.

Hac dia Roma ſumma, *& eminens* viret.

Academia Cruſcae Florentina.
XXIX.
En in Tuſcia fama, decore clara.

Inſenſatorum Academia Peruſina.
XXX.
Tu vera ſapiens miranda Camoenis.

TV vera *es* ſapiens, *doctis* miranda Camoenis,
Communi ſenſu nec tua ſenſa carent.

DE ACADEMIA INCOGNITORVM,
Venetiarum.

Academia Incognitorum.
XXXI.
Docta Ingeniorum amica.

Academia Incognitorum.
XXXII.
Micat vnica Homero digna.

DE ACADEMIA INTRONATORVM
Senenſi.

Intronatorum Academia.
XXXIII.
Docta, mira, nota Minerua.

Innominatorum Academia Parmenſis.
Anagram. XXXIV. Itemq; Iamb. trimetrum.
Nota, radians, ac omnium prima emines.

NOta radians, ac omnium prima emines,
Celeberrimarum nomine celeberrima.

Animoſorum Academia Cremonenſis.
XXXV.
Es varia commemorans, nimia docens.

ES varia commemorans, nimia *verè* docens.
Nomen animoſum animum dat, & vires facit;
Robur animis, magnus vigor & ineſt tuis.

Intrepidorum Academia Ferrarienſis.
XXXVI.
Das omnia mira, dura niteris perficere.

I*Ntrepida es. mirum, orbi ſi* das omnia mira,
Et cuncta dura perficere *ſi* niteris?

Recuperatorum Academia Patauina.
XXXVII.
Aurea, acuta, apprimè docta Minerua.

APprimè *ſtudijs* docta, *eloquio* aurea, acuta
Ingenio, ſolers arte, Minerua *ſtylo.*

Phi-

Philarmonicorum Academia Veronenſis.
Anagram. XXXVIII. *Itemque Iambicum trimetrum.*
Es honore prima, canora, nimium es lucida.

Academia Nocturnorum Bononienſis.
XXXIX.
Non obſcuro nomine vnica, mira adeſt.

ALLVDIT AD STEMMA, CVIVS ANIMA,
Non pigra quies.

Ocioſorum Academia Neapolitana.
XL.
Opere naua, Caſtalio Domino amica.

E*ST non pigra quies tibi, & ocia plena laboris,*
Te haud mollit requies, nec labor vſque grauat;
Sic opere & naua *es, faciunt tibi & ocia nomen,*
Caſtalio Domino *ſic es* amica *ſatis.*

Ocioſorum Academia Neapolitana.
XLI.
Vna à Delio amata, componis Heroica.

S*Eu vincto pede, ſiue ſoluto* Heroica *ſemper*
Componis; vna *merito* amata à Delio *es.*

HIERO-

HIERONYMI GENVINI
METAMORPHOSES
NOMINVM, SIVE ANAGRAMMATON
LIBER TERTIVS.

THEOLOGI.

SAnctus Dionyſius Areopagita.

Anagramma I.

Graius pia noſcis, et Diua notas.

Diuus Ioannes Chryſoſtomus.

II.

Homo vnicus ſatis nos erudis.

HOmo vnicus nos erudis *rudes* ſatis;
Homo vnicus *nos impios, pios facis.*

Aurelius Auguſtinus.

III.

Iuſtus aureus lingua.

P*Oſcebat meliora Midas, ſi vt abiret in aurum*
Poſcebat, quidquid lingua loquuta foret.
Lingua Auguſtini in rutili auri eſt verſa figuram,
Fecit & eloquijs aurea cuncta ſuis.
Aurelius iuſtus lingua aureus. *aurea lingua*
Quod docuit, fecit ferrea dextra prius.

Beatus pater Hieronymus Eccleſiae Doctor.

IV.

Coryphaeus Literatorum ſcita bene edoces.

SCita Coryphaeus Literatorum bene edoces.
Deſerta te inter loca diſertè Chriſtus imbuit,
Fecit tubam Dei, Dei te Iudicis tuba.

Sanctus pater Hieronymus.

V.

Sat ſuperans Cynthium ore.

SAt Cynthium *eſt* ore ſuperans
Hieronymus, haud mirabile eſt,
Trilinguis ore oracula
Hic ſacra cunctis protulit.

Sanctus Thomas Aquinas Ordinis Praedicatorum.
VI.
Vnus homo quanta ſcripſit miranda, ſatis decora!

QVanta decora ſatis, mirãdaq; ſcripſit homo vnus!
Sic Thomam Thomae nomina verſa canunt.
Sed taceat nomen, cum Numen voce loquatur,
Nam benè ſcripſiſti dixerat ante Deus.

Sanctus pater Bonauentura Cardinalis.
VII.
Tu nitens arcana, proba vnus declaraſti.

Sanctus Petrus Cardinalis Damianus.
VIII.
Nitens, purus, ac altus ſcis admiranda.

Thomas Vio Cardinalis Caietanus.
IX.
Homo à diuina ſcientia ſat clarus.

DE

DE P. IVLIO CAESARE RECVPITO E Societ. Ieſ.

Pater Iulius Caeſar Recupitus.
Anagr. X. *Itemque Seazon.*
Tu rarus, ac pius peritia eluces.

TV rarus, ac pius peritia eluces,
Omne fluit à ſcientia iubar verum,
Pietate gloria omnis inclyta emanat,
Et ſtemma ſine virtutibus nihil prodeſt.

AD P. RISPOLVM ORDIN. PRAEDIC.

Ioannes Matthaeus Riſpolus.
XI.
I nouus alter ſapiens Thomas.

AD P. GRAVINAM OPERIS VOCIS Turturis auctorem.

Frater Dominicus è Grauina Ordinis Praedicatorum Magiſter.
XII.
Mira Voce Turturis canorè gemis, digna, admiranda profiteris.

GEmis canorè mira voce Turturis,
Profiteris admiranda, digna, *Dominice.*
Tranſijt hiems, apparuit ver floridum,
Audita vt eſt Vox Turturis nobis tuae.

Caeſar

Caeſar Macrinius de Societate I E S V.
Anagram. XIII. Itemque Scazon.
Vere micas ſtudio ſcientiae ſacrae.

CONCIONATORES.

DE P. SANSEVERINO CLERIC. Regular.

Pater Marcus Antonius de Sanſeuerino.
XIV.
Vnus ornatè orans, et praedicans I E S V M.

F*Acundo Marco, Marce Antoni inclyte; es vnus*
Par Tullio tu nomine, atque munere.
Marco, Marce, praeis; nam tu ſapienſque, piuſque
Ornate *es* orans, *quoque* et Ieſum praedicans.

DE FRATRE IVLIO BAPTISTA BALdello Bergomat. Ordin. Praedicat. Magiſtr.

Iulius Baptiſta Baldellus.
XV.
Tullius, bis Pallas, tuba Dei.

E*T* Tullius *es*; & Pallas, & Dei tuba,
Baptiſta, Sophiam Palladis habes, Tullij
Facundiam, Dei *es* tuba: *ſacra nam doces:*
Tullius *adhortans commones, & commoues.*
Bis Pallas *oleam polliceris optimis,*
Haſta minaris impijs bellum viris.

DE

Venerabilis ſamilia Cartuſianorum.

XIX.

Mira luces Brunonis filia, iure amata.

F Ilia Brunonis iurè amata; *nec miror*,
Similis Parenti es, mira *more nam* luces.

Venerabilis ordo Patrum Camaldulenſium.

XX.

Labe mundus, incola Eremi, Romualdi partus.

I *Mpura prorſus* mundus labe, incola eremi;
Eſt vigil, atque pius.
Tantum hic ordo ſacer magni partus Romualdi *eſt*,
Dicere ſed ſat erat.

Sancta Religio Patrum Teatinorum.

XXI.

Iſta nota viget, prima Clerum ornat.

C *Vltu* nota *Dei* iſta viget *virtute decora*,
Relligionis apex, *Pontificumque parens.*
Prima ornat Clerum; *doctrina haec inclyta praeſtat*,
Nobilitate praeeſt, & pietate praeit.

Sancta

Sancta Societas IESV.
Anagram. XXII. Itemque Iambicum dimetr.
Sat ſcita es, ò es vnica.

SAt ſcita es, ò es vnica.
Scis omnia, doces omnia,
Omnes & artes innouas,
Scientias cunctas alis.
Prorſus nihil mirabile eſt.
IESV es Societas, qui Patris
Summi Dei eſt ſapientia.

Sancta Religio Diui Franciſci de Paula.
Anagram. XXIII. Itemque Scazon.
Culta, pia es, ac fulgidior inedia carnis.

CVlta, pia es, ac fulgidior inedia carnis.
In viſcere abdi viſcera, facinus credis;
Nefas & eſſe corporis cibum, corpus;
Animantia & viuere animantium letho.

Venerabilis ordo Patrum Capuccinorum.
Anagram. XXIV, Itemque Iambic. trimetr.
Nitor Minorum, ac pauper orbe, ac lucidus.

NItor Minorum, ac pauper orbe, ac lucidus.
Nitor Minorum, norma morum; lucidus,
Quòd lucidum contemnit aurum, hic vnicus
Eſt pauper orbe, at nil habens, omnia tenet.

Digitized by Google

Venerabilis Religio Carmelitana diſcalceata.

XXV.

Vigilans, norma Cleri, ab Elia, ac Tereſia dilecta.

Dilecta ab Elia, ac Tereſia *eſt nimis;*
Nunquam ſuis degenerat à parentibus,
Eſt recta Cleri norma, *& eſt vſque* vigilans.

Ocio-

Ocioſorum Academia Neapolitana.
XXVI.
O Aula Aonia optima decore micans.

Ocioſorum Academia Neapolitana.
Anagr. XXVII. Itemque Iamb. trimetrum.
Operoſa; nimia, ac alta munia doceo.

OPeroſa; nimia, ac alta munia doceo.
Et ocioſa dicor, & fugio ocia.
Quòd ocia fugio, ocioſa nominor,
Bellum, nihil bellum quod eſt, Bellum vocant.

DE ACADEMIA HVMORISTARVM
Romana.

Humoriſtarum Academia.
XXVIII.
Hac dia Roma ſumma viret.

Hac dia Roma ſumma, *& eminens* viret.

Academia Cruſcae Florentina.
XXIX.
En in Tuſcia famà, decore clara.

Inſenſatorum Academia Peruſina.
XXX.
Tu vera ſapiens miranda Camoenis.

TV vera *es* ſapiens, *doctis* miranda Camoenis,
Communi ſenſu nec tua ſenſa carent.

DE ACADEMIA INCOGNITORVM, Venetiarum.

Academia Incognitorum.
XXXI.
Docta Ingeniorum amica.

Academia Incognitorum.
XXXII.
Micat vnica Homero digna.

DE ACADEMIA INTRONATORVM Senenſi.

Intronatorum Academia.
XXXIII.
Docta, mira, nota Minerua.

Innominatorum Academia Parmenſis.
Anagram. XXXIV. Itemq; Iamb. trimetrum.
Nota, radians, ac omnium prima emines.

NOta radians, ac omnium prima emines,
Celeberrimarum nomine celeberrima.

Animoſorum Academia Cremonenſis.
XXXV.
Es varia commemorans, nimia docens.

ES varia commemorans, nimia, *verè* docens.
Nomen animoſum animum dat, & vires facit;
Robur animis, magnus vigor & ineſt tuis.

Intrepidorum Academia Ferrarienſis.
XXXVI.
Das omnia mira, dura niteris perficere.

I*Ntrepida es. mirum, orbi ſi* das omnia mira,
Et cuncta dura perficere *ſi* niteris?

Recuperatorum Academia Patauina.
XXXVII.
Aurea, acuta, apprimè docta Minerua.

APprimè *ſtudijs* docta, *eloquio* aurea, acuta
Ingenio, ſolers arte, Minerua *ſtylo*.

Phi-

Philarmonicorum Academia Veronenſis.
Anagram. XXXVIII. *Itemque Iambicum trimetrum.*
Es honore prima, canora, nimium es lucida.

Academia Noctuornorum Bononienſis.
XXXIX.
Non obſcuro nomine vnica, mira adeſt.

ALLVDIT AD STEMMA, CVIVS ANIMA,
Non pigra quies.

Ocioſorum Academia Neapolitana.
XL.
Opere naua, Caſtalio Domino amica.

E*ST non pigra quies tibi, & ocia plena laboris,*
Te haud mollit requies, nec labor vſque grauat;
Sic opere & naua *es, faciunt tibi & ocia nomen,*
Caſtalio Domino *ſic es* amica *ſatis.*

Ocioſorum Academia Neapolitana.
XLI.
Vna à Delio amata, componis Heroica.

S*Eu vinclo pede, ſiue ſoluto* Heroica *ſemper*
Componis; vna *merito* amata à Delio *es.*

HIERO-

HIERONYMI GENVINI

METAMORPHOSES

NOMINVM, SIVE ANAGRAMMATON

LIBER TERTIVS.

THEOLOGI.

Sanctus Dionyſius Areopagita.

Anagramma I.

Graius pia noſcis, et Diua notas.

Diuus Ioannes Chryſoſtomus.

II.

Homo vnicus ſatis nos erudis.

HOmo vnicus nos erudis *rudes* ſatis;
Homo vnicus *nos impios, pios facis.*

Aure-

Aurelius Auguſtinus.
III.
Iuſtus aureus lingua.

P*Oſcebat meliora Midas, ſi vt abiret in aurum*
Poſcebat, quidquid lingua loquuta foret.
Lingua Auguſtini in rutili auri eſt verſa figuram,
Fecit & eloquijs aurea cuncta ſuis.
Aurelius iuſtus lingua aureus. *aurea lingua*
Quod docuit, fecit ferrea dextra prius.

Beatus pater Hieronymus Eccleſiae Doctor.
IV.
Coryphaeus Literatorum ſcita bene edoces.

S Cita Coryphaeus Literatorum bene edoces.
Deſerta te inter loca diſertè Chriſtus imbuit,
Fecit tubam Dei, Dei te Iudicis tuba.

Sanctus pater Hieronymus.
V.
Sat ſuperans Cynthium ore.

S At Cynthium *eſt* ore ſuperans
Hieronymus, haud mirabile eſt,
Trilinguis ore oracula
Hic ſacra cunctis protulit.

San-

Sanctus Thomas Aquinas Ordinis Praedicatorum.
VI.
Vnus homo quanta ſcripſit miranda, ſatis decora!

QVanta decora ſatis, mirãdaq; ſcripſit homo vnus!
Sic Thomam Thomae nomina verſa canunt.
Sed taceat nomen, cum Numen voce loquatur,
Nam benè ſcripſiſti dixerat ante Deus.

Sanctus pater Bonauentura Cardinalis.
VII.
Tu nitens arcana, proba vnus declaraſti.

Sanctus Petrus Cardinalis Damianus.
VIII.
Nitens, purus, ac altus ſcis admiranda.

Thomas Vio Cardinalis Caietanus.
IX.
Homo à diuina ſcientia ſat clarus.

DE

Digitized by Google

DE P. IVLIO CAESARE RECVPITO E Societ. Ieſ.

Pater Iulius Caeſar Recupitus.
Anagr. X. Itemque Seazon.
Tu rarus, ac pius peritia eluces.

TV rarus, ac pius peritia eluces,
Omne fluit à ſcientia iubar verum,
Pietate gloria omnis inclyta emanat,
Et ſtemma ſine virtutibus nihil prodeſt.

AD P. RISPOLVM ORDIN. PRAEDIC.

Ioannes Matthaeus Riſpolus.
XI.
I nouus alter ſapiens Thomas.

AD P. GRAVINAM OPERIS VOCIS Turturis auctorem.

Frater Dominicus è Grauina Ordinis Praedicatorum Magiſter.
XII.
Mira Voce Turturis canorè gemis, digna, admiranda profiteris.

GEmis canorè mira voce Turturis,
Profiteris admiranda, digna, *Dominice.*
Tranſijt hiems, apparuit ver floridum,
Audita vt eſt Vox Turturis nobis tuae.

Caeſar

Caeſar Macrinius de Societate I E S V.
Anagram. XIII. Itemque Scazon.
Vere micas ſtudio ſcientiae ſacrae.

CONCIONATORES.

DE P. SANSEVERINO CLERIC. Regular.

Pater Marcus Antonius de Sanſeuerino.
XIV.
Vnus ornatè orans, et praedicans I E S V M.

Facundo Marco, Marce Antoni inclyte, es vnus
Par Tullio tu nomine, atque munere.
Marco, Marce, praeis; nam tu ſapienſque, piuſque
Ornate *es* orans, *quoque* et Ieſum praedicans.

DE FRATRE IVLIO BAPTISTA BALdello Bergomat. Ordin. Praedicat. Magiſtr.

Iulius Baptiſta Baldellus.
XV.
Tullius, bis Pallas, tuba Dei.

E*T* Tullius *es*, & Pallas, & Dei tuba,
Baptiſta, Sophiam Palladis habes, Tullij
Facundiam, Dei *es* tuba*: ſacra nam doces:*
Tullius *adhortans commones, & commoues.*
Bis Pallas *oleam polliceris optimis,*
Haſta minaris impijs bellum viris.

DE

DE P. IOANNE RO E SOCIETATE IESV.

Pater Ro.
XVI.
Perorat.

AD P. MACEDONIVM DE PVRGAtorio concionantem.

Pater Iſidorus Macedonius Clericus Regularis.
XVII.
Es lucidus, es duri carceris Purgatorij ſolamen.

Pater Antonius Glielmus de Congregatione oratorij.
XVIII.
Gnaro,ignito arguit ore,eſt vir altè docẽs Neapolim.

PHI-

PHILOSOPHI, ET ASTROLOGI.

Plato Athenienſis.
XIX.
Sophia altè nitens.

DOctè nitens altè Sophia: *te priſca vetuſtas,*
Et quoque diuinum ſecula noſtra vocant.
Et benè, quòd diuine Plato, diuina docebas,
Diuini fueras doctor Ariſtotelis.

Ariſtoteles.
XX.
Iſte ſol erat.

I*Nter ſophos* ſol iſte erat,
Et ſolus vt ſol; *dicere*
Sat erat, Ariſtoteles erat.

Socrates Athenienſis.
XXI.
O ſanè ſat rite ſciens.

Epictetus Hierapolitanus.
XXII.
Tu peritia, et Sophia lucens.

DE EPICVRO, QVI SVMMVM BONVM IN voluptate ponebat.

Epicurus Athenienſis.
XXIII.
En is aper, en hic vti ſus.

DE DEMOCRITO SEMPER Ridente.

Democritus Abderita.
XXIV.
Rè doctus, iam ridebat.

Scipio Claramontius Caeſenas.
XXV.
O vir emicas, ac planetas noſcis.

POE-

Digitized by Google

POETAE GRAECI.

Theocritus Syracuſanus.
Anagram. XXVI. Itemque Iamb trimetr.
Coruſcat in verſu ſatis.

Callimachus Cyrenaeus.
XXVII.
Hic lyra, ac Muſa elucens.

POETAE LATINI.

Vergilius Maro.
XXVIII.
Mi gloria verſu.

Horatius Flaccus Venuſinus.
XXIX.
Hic vt fons, laus vnica verſus.

Ouidius Naſo Sulmonenſis.
XXX.
Is homo ſuauis non ſilendus.

Non is ſilendus *Nominum*
Mutationibus: vices
Mutet nouas hic nomine,
Qui multa vertit corpora
Mutationibus ſuis.
Non is ſilendus *verſibus*,
Qui homo *verſibus* ſuauis *fuit*.

Marcus Valerius Martialis.
XXXI.
Vir mirus Latia Muſa clares.

AD HIERONYMVM FRACASTORIVM
Philoſophum, Medicum, & Poëtam.

Hieronymus Fracaſtorius.
XXXII.
Vir Muſas ter honorificas.

H*Ieronyme, inſignis ſophia, medicamine, metro,*
Ter clarus, Muſas vir ter honorificas.

Marcus

Marcus Hieronymus Vida.
XXXIII.
Hic Muſa rè diuinus Maro.

Aurelius Vrſus.
XXXIV.
Vir laus verſus.

TV vir laus verſus. *laudem dant Vrſe, Poëtis*
Carmina, carminibus reddis at ipſe decus.

AD P. MASCVLVM E SOCIETATE IESV, De ſtylo eius Horatiano.

Pater Ioannes Baptiſta Maſculus.
Anagram. XXXV. Itemque Iambicum trimetrum.
Horatius palam patens es cantibus.

POETAE TVSCI.

Eques Ioannes Baptiſta Marinus.
XXXVI.
Tu anteis beans, rapiſque animos.

Ioannes Franciſcus Maia, Materdona.
Anagram. XXXVII. Itemque Iambicum trimetrum.
Fundis canora, ſatis amoena carmine.

DE IOANNE CAROLO COPPVLA
Gallipolitano Poëta ſacro.

Ioannes Carolus Coppula.
XXXVIII.
En canorus, ac pius Apollo.

HISTORICI.

Caeſar Cardinalis Baronius.
XXXIX.
Sacer, ac nobilis Diua narras.

Cornelius Tacitus.
XL.
Is cultus ore, canit.

Fran-

Digitized by Google

Franciſcus de Petris Academicus Ocioſus.
XLI.
Facundus Hiſtoricus emicas, priſca edoces.

FAcundus Hiſtoricus, politus, & ſagax
Sermone lepido, ſed graui
Priſca edoces, ſtylo tuo ſed innouas
Quae priſca ſunt, & expolis.
Inter alios priſcos, & Hiſtoricos nouos,
Franciſce, primus emicas.

AD NICOLAVM TOPPIVM I.C. TEATInum Patriae, totiuſque Samnij, ſiue Aprutij Hiſtoriam ſcribentem.

Nicolaus Toppius ciuis Teatinus.
XLII.
Vnus ſcis, ac es notitia populi tui.

GRandi priſca ſtylo ſcis vnus, *& edere grato,*
Notitia ac populi *ſic, Nicolae,* tui es.
Maxima laus patriae, quòd te fert patria, Toppi,
Maxima, quòd ſcriptis patria facta refers.

ORATORES, ET BONArum Artium Periti.

Marcus Tullius Cicero.
XLIII.
Vir comis cultu clares.

Vir comis cultu clares. Sic verſa celebrant
Nomina te mirè, Marce diſerte, tua.
Tu ſolus culti ſermonis, docte magiſter,
Aequa laude tibi te decorare potes:
Immodicam laudem ſi alieno quaeris ab ore,
Culto ore alterius eſt Ciceronis opus.

Angelus Politianus.
XLIV.
Lingua ſanè politus.

Ter doctus Tuſcas, Latias, Graiaſque Camoenas
Pectore praecluſas inſimul hic tenuit.
Quid ſanè lingua, *quid nomina verſa*, politus,
Quando tres linguas ſciuit, & expoliit?

Ioannes Picus Mirandulae.
XLV.
Varia planè nimius docens.

Itè docens nimius varia, & planè *omnia cunctos*
Picus, & ingenio mirus, & eloquio.
Pierides meritò mutandae corpore nunquam
In Picas, Picus ſi docuiſſet, erant.

Frater

Frater Ambroſius Calepinus.
XLVI.
Plurima verba ſatis confers.

DE P. F. VRBANO DE FILICAIA, DE Sancto Laurentio Carmelita Diſcalceato. Alludit ad Orationem de Sancto Ioanne Euangeliſta habitam ab eodem coram S.D.N. Papa Vrbano VIII.

Pater Vrbanus de Filicaia, de Sancto Laurentio.

XLVII.

Orator pura enitens facundia, ab Elia dilectus.

Ioannes Baptiſta Manſus Marchio Villae Ocioſorum Academiae princeps.

XLVIII.

O vir apprimè, ſummè micans honos Caſtalij, ac ſanè doctae Neapolis iubar.

ALLV-

ALLVDIT AD OCIOSORVM ACAdemiae ſtemma, cuius Anima,
Non pigra quies.

Ioannes Baptiſta Manſus Marchio Villae.
XLIX.
Eſt nimis nauus, ocia plena laboris amat.

EST nauus nimis, *hic* amat ocia plena laboris:
Quando operatur, hebet; quando quieſcit, agit.
Parthenopes praeit hic Muſeo, cui ocia dura,
Impigra pigrities, irrequieta quies.

Franciſcus de Petris Academicus Ocioſus.
L.
Sat coruſcus, ac dans mirificè decus Poëſi.

D*Octo carmine tu* ſat *es* coruſcus,
Ac dans mirificè decus Poëſi.
Sicut carmine tu ſat *es* coruſcus,
Per te lucida ſic micat Poëſis.

Gaſpar de Simeonibus.
LI.
Ob Muſas dignè praeis.

T*V* dignè praeis ob Muſas, *ò Gaſpar, at ob te*
Praeeunt Camoenae dignius.

Hie-

Hieronymus Fontanella Academicus Ocioſus.
LII.
Diu notus es, canora chely facis Aonium melos.

Camillus de Notarijs.
LIII.
Nitidior Muſa calles.

Iacobus Philippus è Camola Romanus.
LIV.
Muſa canorus micas ò pupilla Phoebi.

Reſpondet nomine Marchionis Villae, cui Camola in Calendis Ianuarijs benè fauſtum fuerat annum ominatus.

O Phoebi pupilla, micas Muſa *vſque* canorus,
Dum condis dulci carmina culta ſtylo.
Phoebi pupilla es, præclarus Phoebus & alter;
Dulce lyra ille canit, dulce lyra ipſe canis.
Quin ſuperas Phoebum, hic eſt anni ductor, & auctor,
Si veter annus abeſt, ſi nouus annus adeſt:
Annus abeſſe poteſt, felici te duce, felix:
Auſpice te fauſto, fauſtus adeſſe poteſt.

Leo

Leo Matina Neapolitanus Monachus Caſſinenſis.
LV.
En ſanè notus ſophia micans, laus, nomen Caſtalij.

Honofrius Andreae Academicus Ocioſus.
LVI.
Micas, aurea fundis, es choro Aonio decus.

DEcus es choro Aonio, micas, & aurea
Fundis, *quis vnquam, te eſſe Phoebum deneget?*

DE SIMONE SPARANO ACADEMIco Ocioſo viro nihil non erudito.

Simon Sparanus.
LVII.
Sum in Parnaſſo.

SVm in Parnaſſo; *ergo Muſis*, & *Apollini amicum*
Verbis me bis paucis plurima ſcire, ſcias.

Ioannes Baptiſta Manſus Marchio Villae.
LVIII.
Altus Muſa, nobilis ſapientiae Monarcha.

MVſa altus, *ſtudijs ſatis renides,*
Felix ingenio, diſertus ore;
Tecum vnà Charites, Apollo, Pallas,
Nobilis ſapientiae Monarcha.

IVRIS.

IVRISCONSVLTI, ET MEDICI.

Hieronymus Cagniolus.
LIX.
Iam vnicus honor Legis.

Ioannes Baptiſta de Valenſuela Regens.
LX.
Dignus bene nites ò planè Aſtraeae laus.

Scipio Rouitus Regens.
LXI.
Scio Ius, peritus regno.

DE IOAN: LAVRENTIO ROGERIO
olim in Neapol. Gymnaſio Iuris
publico profeſſore.

Ioannes Laurentius Rogerius.
LXII.
Iaſon lege rarus, in Iure notus.

Hector Capicius de latro.
LXIII.
Colit, ac perdecorat Ius.

Mar-

Digitized by Google

Marcellus Marcianus Regius Conſiliarius.
LXIV.
Sol nimis clarus, vir ſciens Iura, arca Legum.

LEgum arca, *es*, vir Iura ſciens, *Marcelle perite*,
Sol nimis *es* clarus, *lucida Iura facis*.
Marcellus, *Marcianus erant duo lumina Iuris*,
Tu vnus vtrumque refers nomine, vtrique praeis.

AD IOAN. ANDREAM DE PAVLO
In Neapol. Gymnaſio Iuris publicum profeſſorem.

Ioannes Andreas de Paulo.
LXV.
Enodas, enodas planè Iura.

ENodas, enodas planè *obſcura diſerto*,
Claras, declaras ardua Iura *ſtylo*.

Thomas Carleualius Regius Conſiliarius.
LXVI.
Is mirus, laus ſola togae, hic lucerna Iuris.

Fran-

Franciſcus de Petris Neapolitanus.
LXVII.
Florens es dictus, ac ter Papinianus.

FLorens dictus es, ac *doctus* ter Papinianus,
Optimus ingenio, maximus eloquio:
Quòd flores in iure, & Iuris frugis abundas,
Florifer es ſtudijs, frugifer atque libris.
Seu cauſſis Actor, ſeu chartis Auctor, honoras
Iura, forum decoras ſummus vbique ſophos.

Petrus à Laſena.
LXVIII.
Plenus Aſtraea.

A*Stra etſi petijt, terraſque Aſtraea reliquit,*
Aſtraea plenus tu tamen eſſe potes.
Illam iterum ad terras ex aſtris, Petre, reduxti,
Illam ſemper habes pectore, corde colis.

Iulius Caeſar Imbrianus.
Anagr. LXIX. Itemque Iamb. trimetrum.
Iuris iubar, laus emicans.

IN OBITV IOAN. BAPTISTAE MA-
ſulli Medici Neapolitani celeberrimi.

Ioannes Baptiſta Maſullus.
LXX.
Omnis planè tuta ſalus, abis.

TVta ſalus planè omnis abis. *dein vtilis aegris*
Nullus erit, medica qui leuet arte malum.

DE MARCO AVRELIO SEVERINO
Phyſicochirurgo Neapolitano egregio.

Marcus Aurelius de Seuerino.
Anagram. LXXI. Itemque Hendecaſyllabum.
Vnus vlcera ſaeuior mederis.

VNus vlcera ſaeuior mederis.
Ferro cautus, & igne, Marce, curas;
Nam dulcis Medicus, pius, benignus,
Ignarus facit omne fætidum vlcus.

Iulius Caeſar Guaſtauinus.
LXXII.
Tu varia ſcis, Galenus iuuas.

HIERO-

Digitized by Google

HIERONYMI GENVINI

METAMORPHOSES

NOMINVM, SIVE ANAGRAMMATON

LIBER QVARTVS.

DE GREGORIO XIII. Annum corrigente.

GRegorius decimus tertius Pontifex Maximus.

Anagramma I.

Fui vt Simon, duxi gregem, ſatis tempus correxi.

Sixtus Quinctus Peretus, ab ordine Minorum aſſumptus.

II.

Summus dux, paterque Vrbis, ſat ſciens, ſontium punitor.

DVx ſummus vrbis, ſat ſciens, paterque *erat*,
Punitor *atque* ſontium.
Tremuit, quieuit tota rerum machina,
Regnante iuſto hoc principe.

Clemens Octauus Aldobrandinus Pontifex Maximus.

III.

Fui dux, et pax Orbis, ac ſol emicans notum dans lumen.

Paulus Quinctus Burgheſius Pontifex Romanus.

IV.

Tu ò caput Vrbis, inſons, purus, felix, magnuſque.

Gregorius decimus quinctus Ludouiſius Pontifex Maximus.

V.

Incolumis grex ſuit, quando ego ſcitus, puriſſimus eum duxi.

Vrbanus Octauus Barberinus pontifex.

VI.

Tu benè vnus pax, ac fortuna Vrbis, Orbis.

V*RBANE*, tu benè vnus Vrbis, ac Orbis
Fortuna, pax, *tu pura mella das cunctis,*
Paſcis parens, ſeruas ab hoſtibus cuſtos,
Vt prouida, vt ſedula Apis, vber, & fortis.
Vae, vae tibi, Vrbs, ſi tempore hoc careres hoc.

Digitized by Google

ALLVDIT AD POESIM.

VRBANVS Octauus Barberinus Pontifex Maximus.

VII.

Tu beatus, fons boni, pax Vrbis vnica, Rex Muſarum.

VRBANE, tu beatus, *omnis* fons boni,
Pax vnica Vrbis, *omnium princeps, pater;*
Muſarum *es altus* Rex, *praees ſceptro, praeis*
Plectro. pius moderator es fideiſacrae,
Mellifluus & modulator es fidium metris,
VRBANE ſapientiſsime, pientiſsime.

ALLVDIT AD HYMNOS CORRECTOS.

VRBANVS Octauus, olim Maphaeus de Barberinis Pontifex maximus.

VIII.

Diua metra correxi, bona finxi, vt ſummus ſapiens plauſum habebo.

P*Rinceps principis Vrbium, Quirini*
Vrbis, celſus & omnium Monarcha,
Antiſtes Latiae arcis, atque linguae,
Interpres, Coryphaeus & ſacrorum:
Correxi metra diua *Phoebus alter,*
Et finxi bona; *laus, nitorque vatum,*
Vt ſummus ſapiens habebo plauſum.
Sicut Scipio dictus Africanus,
Omnes vicerit Africae quod Vrbes:
Sic verſus ego barbaros repellens,
Et dicor quoque iurè Barbarinus.

ALLVDIT AD GENTILITIAS APES.

VRBANVS Octauus Barberinus, Pontifex.
IX.
Apibus ferax, bonus, notus in Vrbe curat.

Mapheus Barberinus.
X.
Apis huberans Vrbem.

Maphaeus Barberinus.
XI.
Apibus huber rè manas.

HVber rè manas Apibus; *ſic melle redundas,*
Stemmate ſemper Apes, mella & in ore tenes.
Melliferarum Apium examen ſemel abdidit ore
Pindarus, Ambroſius condidit ore ſemel:
Tecum vnà ſed ſemper Apes; tibi vincitur ergo
Eloquio Ambroſius, Pindarus atque metro?
Quidni? cum citharam tangas, cum ſacra loquaris,
Mollia mille canis, mellea mille fluunt.

AD

Digitized by Google

AD CARD. BARBERINVM VRBANI VIII.
Pontificis Maximi fratrem.

Antonius Barberinus Cardinalis *Sancti* Honufrij ex
Ordine Capuccinorum aſſumptus.
XII.
Diu maneas, coruſcans lux, ac nitens honos Vrbis,
VRBANI Octaui principis mundi, frater.

Franciſcus ſanctae Romanæ Eccleſiae Cardinalis
Barberinus.
XIII.
Sanè ſat ſciens, rara, lucens fama cleri, benè radians
Cocci iubar.

AD CARDIN. BARBERINVM SAPIENTVM
Mecoenatem.

Antonius Eminentiſſimus Barberinus.
XIV.
Tu vir nimis nitens in orbe, beans Muſas.

Hieronymus à Columna.

XV.

Hic vnum Romae aſylon.

Hieronymus Cardinalis Columna.

XVI.

Mundi honor, ac nimia cleri ſalus.

Mauritius Cardinalis de Sabaudia.

XVII.

Nimias, ac varias laudes addit Vrbi.

Guido Cardinalis Bentiuolius.

XVIII.

Nobilis, gnauus edit lucidiora.

F*Vlgidus hiſtoria* edit lucidiora *per orbem,*
Ingenio gnauus, nobilis *& genere.*
Praeſtanti eximiam ingenio auget nobilitatem,
Nec ſinit ingenium nobilitate premi.

AD CARDIN. BRANCATIVM NEAPOLITAnum, Neapolitanae Academiae olim inſtitutorem.

Franciſcus Maria, Eminentiſſimus Cardinalis Brancatius.

XIX.

Clarificans Muſas, ac dans micans Sireni iubar, mirus nitet.

Ioannes Baptiſta Cardinalis Pallotta.

XX.

Par Palladi bonas ſcientias notat, alit.

Coſmus Cardinalis è Torres.

XXI.

Is ſacerdos, is ornat Clerum.

AD CARDINALEM VEROSPIVM SCIENtiarum fautorem.

Fabricius Veroſpius.

Anagram. XXII. Itemq; Iamb. dimetrum.

Vber, ſuauis proficis.

VBer, ſuauis proficis
Viris refertis artibus,
Virtute cunctos praeditos
Iuuare Mecoenas ſtudes.

Petrus Paulus Creſcentius.
XXIII.
Purpuratus ſciens, et luces.

Franciſcus Cardinalis Boncompagnus,
Archiepiſcopus Neapolitanus.
XXIV.
Hic planè vnus clara pompa dignus coruſcat
fons boni, ac pacis Sirenis.

Laurentius Cardinalis Magalottus.
XXV.
Altus, notus radiat, magni Cleri laus.

AD CARDINALEM VRBINATEM.

Vldericus ex Comitibus Carpineae.
XXVI.
Tu cleri decus emicas, ò apex Vrbini.

Fauſtus Polus Archiepiſcopus Amaſienſis.
XXVII.
O vir ſapiens, pius ſophus ſat fama luceſcis.

Anni-

Digitized by Google

Annibal Maſcambrunus Epiſcopus Stabienſis.
XXVIII.
Is micans, vrbanus, beans pabulis, paſcit omnes.

IS genere, ſtudijs, moribus ſatis micans,
Vrbanus *eſt bonis, ſeuerus improbis*,
Doctis amicus, comis, & comes omnibus;
Sic paſcit omnes, pabulis *& eſt* beans.

DE MATTHAEO GRANITO ARCHIEPISCOpo Amalphitano.

Matthaeus Granitus Praeſul.
XXIX.
Augens tutatur Res Amalphis.

DE

Digitized by Google

DE TEANI ANTISTITE.

Ioannes à Gueuara antiſtes.
XXX.
Saginans oues, et arua Teani.

PAſtorem pingues vigilantem gramine pingui
Paſcere oportet oues, ouibus non paſcier ipſum.
Succum alij pecori eliciunt, & foenora quaerunt,
Pinguia at hic ouibus praebet ſacra pabula paſtor.
A grege pingueſcunt alij, huic non vlla peculi;
Sed ſibi ſola gregis vigil eſt cuſtodia cura;
Felices ſemper pecudes ergo ite, Teani
Hic, hic oues; *hic laeto eſt gramine* et arua ſaginans.

Andreas Caputus Epiſcopus Literenſis.
XXXI.
Tu ſane ſapiens, pius paſtor, Cleri decus.

Ferdi-

Digitized by Google

Ferdinandus Auſtriae Imperator Secundus.
XXXII.
Defenſor Iuris; ſat amandus, perdura vincet.

Ludouicus de Borbon decimus tertius Galliae Rex Chriſtianiſsimus.
XXXIII.
Hic virtutibus ſatis decorus, Regum nobile decus, ſimilis Alexandro;

Philippus ex Auſtria Catholicus quartus.
XXXIV.
Hic altus, hic rarus tuta pax, quies populis.

Ludouicns Borbone decimus tertius Chriſtianiſſimus.
XXXV.
Doctus, ac lucidus heros, nimis moribus, et viribus nites.

Ferdinandus à Medicis ſecundus dux Etruriae magnus.
XXXVI.
Eſt dius, fama dignus, Rex Arni verendus, ac mundi decus.

AD ODOARDVM FARNESIVM
è genere Pauli III. ſummi Pontificis.

Odoardus Farneſius Dux Parmae, et Placentiae.
XXXVII.
Fama perennas, verax decus addis Paulo Tertio.

IN OBITV CAROLI DE AVSTRIA,
Philippi IV. Hiſpanor. Regis fratris immatura morte ſublati.

Carolus de Auſtria.
XXXVIII.
Aſtra volucer adis.

ASTra volucer adis; *ima deſpicis terrae.*
Aſtra volucer adis; digna te haud erat terra.

Gaſpar de Guſmano Oliuarenſium Comes.
XXXIX.
Magno, ſummo Regi Hiſpano es valde carus.

DE FEDERICO COLVMNA PRINCIPE
Buteri.

Federicus à Columna.
XL.
Ecce flos, aura mundi.

DE

DE ALOYSIO SANSEVERINO PRINCIPE Biſiniani.

